



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 22. Mors Petri Riarii Papæ Nepotis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. licam suscipere, in qua Malatestam, ere-  
A.C. 1474. ptis Fano-fortunæ, aliisque pluribus ur-  
 bibus tum in Romandiola, tum in Mar-  
 chia Anconitana sitis, ad petendam pa-  
 cem compulit. Idem in comitiis Ponti-  
 ficiis, pro Sixto IV. suffragium tulit.

## §. XXII.

*Mors Petri Riarii Papæ Nepotis.*

*Ciacon. in  
 Sixt. IV.  
 Papiens. ep.  
 548. & 549.  
 Coriol. p. 6.  
 Onuphr. in  
 Chron.*

ANNO sequenti millesimo quadringente-  
 simo septuagesimo quarto Papa unum  
 ex suis Nepotibus amisit Petrum Ria-  
 rium, haud ita pridem ad purpuram  
 evectum. Hunc veneno sublatum fuisse,  
 quidam scripsere, & sepultum in Ecclesia  
 SS. duodecim Apostolorum Pontifex,  
 qui ipse exequiarum solemnibus præ-  
 sens erat, ad tumulum ejus amare de-  
 flevit, eumque *carissimum sibi & spem  
 suam* appellavit. Superstitem reliquit  
 fratrem, nomine Hieronymum, æque  
 Pontifici dilectum, qui & defuncto apud  
 Patrum suum in gratiæ atque favoris  
 locum succedebat. Hic itidem a Ponti-  
 fice Foricornellii & Forolivii Princeps  
 creatus erat; a fratre tamen suo moribus,  
 atque ingenio longe disjungebatur; Hie-  
 ronymus enim Petro magis severam ha-  
 bebatur indolem; de cetero autem nullis  
 voluptatibus præter solas venationum  
 illecebras deditus erat. Uxorem duxit  
 Catha-



Catharinam Filiam Ducis Mediolanensis spuriam, cujus connubii causa Ducis frater a Pontifice Cardinalis creatus est. Ceterum cum Petrus etiam esset Patriarcha Constantinopolitanus, eo defuncto in locum ejus susceptus est a Sixto Papa Hieronymus Landus, natione Venetus, Insulæ Cretensis Archiepiscopus, Vir de Ecclesia optime meritus.

Sæcul. XV.

A.C. 1474.

## §. XXIII.

*Regis Danicæ peregrinatio Romam.*

Ineunte hoc anno Christiernus Daniæ Rex Romam peregrinatus est; priusquam vero hoc iter pietatis stimulo incitatus susciperet, ad summum Pontificem literas dedit, significans, habere se in animo, Romam petere, ut Pontificiam benedictionem reciperet. Rescripsit Papa, dictante Cardinale Papiensi, in hæc verba: *Plurimum lætati sumus adventus tui nuntio, videntes peregrinationem tuam plenam esse propositi boni ac fidelis . . . Nos, qui tuam serenitatem, comitatumque tuum in tempore accipiant, & in urbem usque prosequantur, ad fines ditionis Ecclesiæ esse jubebimus, nullæque pietatis & devotionis obsequia a nobis tibi bene merito deerunt. Igitur Christiernus Dania proficiscitur, frequenti Nobilium comitatu peregrinantium habitu vestito stipatus. Rex in quavis*

Papiens.  
epist. 624.

H h 2

urbe